	percussionibus, sive in mancationibus et in omnibus superius descriptis, medietate minor est, quam liberi hominis.	a serf, be it for wounds and for hits and for paralysation, and for all that has been described above, are one half lower than those for a free man.	
	<b>Additio sapientum</b> <b>WVlemarus</b>	<b>Additions of the wise men</b> <b>Wlemar</b>	
<b>Tit. I ▲</b>	<b>De Pace Faidosi</b>	<b>On the freedom of those who are at feud</b>	
1	Homo faidosus pacem habeat in ecclesia, in domo sua, ad ecclesiam eundo, de ecclesia redeundo, ad placitum eundo, de placito redeundo. Qui hanc pacem effregerit, et hominem occiderit, novies XXX solidos componat.	A man who is at feud, has peace in the church, in his house, on the way to the church, returning from the church, on the way to court, returning from court. He who breaks this peace and kills the man, pays nine times 30 <i>solidi</i> .	9 x 30 GS = 9 x 90 sh = 9 x 1.080 sp  Presumably, this multiplication by nine is not a monetary conversion, but an aggravation ordered by the Frankish king.
2	Si vulneraverit, novies XII solidos componat ad partem regis.	He who injures him, pays nine times 12 <i>solidi</i> to the king.	9 x 12 GS = 9 x 36 sh = 9 x 432 sp
3	Si quis caballum furaverit aut bovem, aut screonam effregerit, capitali sententia puniatur, vel vitam suam pretio redimat.	If anyone steals a horse or a cow, or breaks down a <i>screona</i> [weaver's hut], he is punished by death, or he redeems his life with its value.	
<b>Tit. II ▲</b>	<b>Compositio Vulnerum</b>	<b>Fines for wounds</b>	
1	Si quis alteri manum absciderit, XXV solidos et V denarios componat.	If anyone chops off the hand of another, he pays [twice] 25 <i>solidi</i> and 5 <i>denarii</i> .	25 GS + 5 tr = 80 sh = 960 sp or 53 GS + 1 tr = 160 sh = 1920 sp  Both Siems (1980, p 225) and Eckhardt & Eckhardt (1982, p 81) assume that the amount of 25 <i>solidi</i> and 5 <i>denarii</i> should be doubled to reach the sum of the separate parts of the hand (see below).
2	Si indicem ad inium membrum praeciderit, VI solidos componat.	If he cuts off the index finger at the lowest phalanx, he pays 6 <i>solidi</i> .	6 GS = 18 sh = 216 sp
3	Si medium in eadem iunctura praeciderit, IIII solidos et dimidium.	If he cuts off the middle finger at the same phalanx, 4 <i>solidi</i> and a half.	4 1/2 GS = 13 1/2 sh = 162 sp
4	Si annularem, VII solidos; si minimus fuerit, solidos V.	If it is the ring finger, 7 <i>solidi</i> ; if it is the little finger, 5 <i>solidi</i> .	7 GS = 21 sh = 252 sp 5 GS = 15 sh = 180 sp
5	Pollex ex toto abscissus sic componitur, sicut IIII digiti si omnes abscindantur, id est solidis XXII et dimidio.	The thumb chopped off completely, is fined like 4 fingers chopped off, that is with 22 <i>solidi</i> and a half.	22 1/2 GS = 67 1/2 sh = 810 sp
6	Abscissio palmae IIII solidis componatur; si manus abscissa terram cadens tetigerit, ipse casus IIII solidis componatur.	Cutting off the palm of the hand is fined with 4 <i>solidi</i> ; if the falling hand touches the earth, this is fined with 4 <i>solidi</i> .	4 GS = 12 sh = 144 sp 4 GS = 12 sh = 144 sp
7	Si digitus quilibet superiori articulo praecisus fuerit, tertia portio compositionis eius	If a finger is cut off at the upper knuckle, one third of these fines is paid.	



	exsolvatur.		
8	Si in subteriori praecisus fuerit, duae partes compositionis solvantur.	If it is cut off at the lower knuckle, two [third] parts of the fine must be paid.	
9	Si in ima iunctura, id est ex toto abscisus fuerit, tota solutio componatur.	If it is chopped off at the lowest joint, which is completely, the full fine must be paid.	
10	Si non praecisus, sed debilitatus et inutilis pependit, medietas.	If it is not cut off, but hangs off lamed and useless, half [the fine].	
<b>Tit. III ▲</b>	<b>Hoc totum in triplo componatur</b>	<b>All this will be fined threefold</b>	Herold inserted the sentence 'Hoc totum in triplo componatur' as a Title, but in the original Lex it was probably an annotation written in the margin, next to Add. II and the first articles of Add. III. Thus, Add. II and Add. III would actually be one Title. This would explain why another Title III follows below (Siems, 1980, p 138; however, see also Henstra, 1999, p.282).
1	Pes ex toto abscisus componatur ut manus, id est tribus et L solidis et tremisse.	The foot chopped off completely, is fined like the hand, that is with 53 <i>solidi</i> and a <i>tremisse</i> .	53 1/3 GS = 160 sh = 1.920 sp
2	Pollex pedis undecim solidis et quarta parte solidi componatur.	The big toe is fined with 11 <i>solidi</i> and a quarter <i>solidus</i> .	11 1/4 GS = 33 3/4 sh = 405 sp
3	Proximus digitus pollicis tribus solidis componatur.	The toe next to the big toe is fined with 3 <i>solidi</i> .	3 GS = 9 sh = 108 sp
4	Secundus duobus solidis et duabus partibus solidi componatur; tertius similiter; quartus similiter.	The second [toe] is fined with 2 <i>solidi</i> and 2 parts of a <i>solidus</i> ; the third also; the fourth also.	2 2/3 GS = 8 sh = 96 sp
5	Si tertia pars digiti fuerit abscissa, tertia pars solutionis componatur.	If one third of a toe is chopped off, one third of the fine must be paid.	
6	Si duae partes, similiter duae partes componantur.	In case of two parts, also two parts must be paid.	
7	Si totus, tota solutio componatur.	If it is the whole toe, the full fine must be paid.	
8	Si quis alium ita in caput percusserit, ut surdus et mutus efficiatur, ter L tribus solidis et tremisse componat. Si alterum et non utrumque fuerit, medietas mulctae componatur.	If anyone hits another on the head, and thus makes him deaf and mute, he pays three times 53 <i>solidi</i> and a <i>tremisse</i> . If it is only one and not the other, half the fine must be paid.	160 sh = 1.920 sp
9	Si auris ex toto abscissa fuerit, ter XII solidis componatur.	If the ear is chopped off completely, three times 12 <i>solidi</i> must be paid.	36 sh = 432 sp
10	Si nasus abscisus fuerit, ter XX solidos et tremissem componat.	If the nose is chopped off, three times 20 <i>solidi</i> and a <i>tremisse</i> are paid.	61 sh = 732 sp
11	Si nasus una parte perforatus fuerit, ter IIII solidis componatur.	If the nose is being perforated at one side, three times 4 <i>solidi</i> must be paid.	12 sh = 144 sp


12	Si et cartilago perforata fuerit, ter VIII solidi componantur.	If the septum is also perforated, three times 8 <i>solidi</i> must be paid.	24 sh = 288 sp
13	Si etiam ex altera parte telum exierit, ita ut tria foramina facta sint, ter XII solidi componantur.	If the arrow comes out on the other side, and thus three holes have been made, three times 12 <i>solidi</i> must be paid.	36 sh = 432 sp
14	Si maxilla perforata fuerit, ter IIII solidis componatur.	If the jaw is pierced, three times 4 <i>solidi</i> are paid.	12 sh = 144 sp
15	Si supercilium in transversum praecisum fuerit, ter IIII solidis componatur.	If the eyebrow is cut through, three times 4 <i>solidi</i> are paid.	12 sh = 144 sp
16	Si ex percussione deformitas faciei illata fuerit, quae de XII pedum longitudine possit agnosci, quod <i>wlitiwam</i> dicunt, ter IIII solidis componatur.	If a blow causes a mutilation of the face, which can be seen from a distance of 12 feet, which is called <i>wlitiwam</i> [face mutilation], three times 4 <i>solidi</i> are paid.	12 sh = 144 sp
17	Si granones praecisi fuerint, ter IIII solidis componatur.	If the moustache is cut off, three times 4 <i>solidi</i> are paid.	12 sh = 144 sp
18	Si oculus vel os ita percussa fuerint, ut torqueantur, ter IIII solidis componatur.	If the eye or the mouth are hit so hard, that they get bruised, three times 4 <i>solidi</i> are paid.	12 sh = 144 sp
19	Si palpebra praecisa fuerit, ter IIII solidi componantur.	If the eyelid is cut off, three times 4 <i>solidi</i> must be paid.	12 sh = 144 sp
20	Rugae frontis tres, si in transversum incisae fuerint, ter XII solidi componantur.	If three wrinkles in the forehead are cut straight trough, three times 12 <i>solidi</i> must be paid.	36 sh = 432 sp
21	Si una, ter IIII solidi.	If it is one [wrinkle], three times 4 <i>solidi</i> .	12 sh = 144 sp
22	Si homo ab alio ita in caput percussus fuerit, ut nec frigus nec calorem pro vulneris impatientia sufferre possit, ter IIII solidi componantur.	If a man is hit on the head by another man, and through the sensitivity of the wound he can endure neither cold nor heat, three times 4 <i>solidi</i> must be paid.	12 sh = 144 sp According to the Frühmittelateinisches Rechtswörterbuch, the translation of 'impatientia' is 'Empfindungslosigkeit' (lack of feeling). However, according to Eckhardt & Eckhardt (1982, p 85) it is 'Empfindlichkeit' (sensitivity). In the present context, the latter seems more likely.
23	Si quis alium in caput ita percusserit, ut testa porforetur, ter XII solidis componat.	If anyone hits another on the head so hard, that the skull breaks, he pays three times 12 <i>solidi</i> .	36 sh = 432 sp
24	Si ossa de vulnere exierint tantae magnitudinis, ut in scutum iactum, XII pedum spatio distante homine, possit audiri, unum ter IIII solidis componatur, aliud ter duobus, tertium ter uno solido.	If from the wound pieces of bone protrude of such a size, that if they are thrown on a shield, a man at a distance of 12 feet can hear it, [for one piece] three times 4 <i>solidi</i> must be paid, for another [piece] three times 2, and for a third [piece] three times 1 <i>solidus</i> .	12 sh = 144 sp 6 sh = 72 sp 3 sh = 36 sp See XXII: 71.

25	Si quis alium percusserit, ut ferrum in osse figatur, ter tribus solidis componat.	If anyone hits another so, that the iron [sword] sticks in the bone, he pays three times 3 <i>solidi</i> .	9 sh = 108 sp
26	Si os apparuerit, non tamen incisum fuerit, ter solido et tremisse componat.	If the bone is visible, but has not been incised, he pays three times 1 <i>solidus</i> and a <i>tremisse</i> .	4 sh = 48 sp
27	Os quodcunque ferro praecisum fuerit, ter IIII solidis componatur.	If a bone is chopped off by the iron [sword], it is fined with three times 4 <i>solidi</i> .	12 sh = 144 sp
28	Costa si praecisa fuerit, ter tribus solidis componatur.	If a rib is chopped off, it is fined with three times 3 <i>solidi</i> .	9 sh = 108 sp
29	Si non praecisa, sed incisa vel confixa fuerit, ter solido et semisse componatur.	If it [the rib] is not chopped off, but incised or bruised, it is fined with three times 1 <i>solidus</i> and a <i>semisse</i> .	4 1/2 sh = 54 sp
30	Si quis alium trans costam ita percusserit, ut vulnus ad interiora venerit, ter XII solidos componat.	If anyone hits another between the ribs so, that the wound reaches to the entrails, he pays three times 12 <i>solidi</i> .	36 sh = 432 sp
31	Si stomachus vel botellus perforatus fuerit, ita ut stercus per vulnus exierit, ter XXIII solidis componatur.	If the stomach or the intestines are pierced, so that <i>stercus</i> [filth, the contents of the entrails] runs from the wound, it is fined with three times 24 <i>solidi</i> .	72 sh = 864 sp
32	Si quis in iunctura membrum cuiuslibet ita percusserit, ut humor ex vulnere decurrat, quem liduwagi dicunt, ter IIII solidos componat.	If anyone hits a limb of another man so hard that fluid runs from the wound, wick is called <i>liduwagi</i> [phalarx water], he pays three times 4 <i>solidi</i> .	12 sh = 144 sp
33	Si quis alium ita percusserit, ut osse inciso medulla decurrat, ter IIII solidos componat.	If anyone hits another so hard, that marrow runs from the bone, he pays three times 4 <i>solidi</i> .	12 sh = 144 sp
34	Si quis alium vulneraverit, et ipsum vulnus sanatum cicatricem depressam et non reliquae carni aequam duxerit, qaod sipido dicunt, ter IIII solidos componat.	If anyone injures another, and this wound, after it has healed, leaves a sunken scar which does not resemble the surrounding flesh, which is called a <i>sipido</i> [scar], he pays three times 4 <i>solidi</i> .	12 sh = 144 sp
35	Si brachium aut crus percussum fuerit, et ex ipsa percussione decrescerit a sua grossitudine, quam prius habuerit, quod smelido dicunt, ter IIII solidis componatur.	If an arm or lower leg gets hit and as a consequence the width, that it used to have, diminishes, which is called <i>smelido</i> [emaciation], it is fined with three times 4 <i>solidi</i> .	12 sh = 144 sp
36	Qui de anterioribus dentibus unum excusserit, ter duos solidos componat.	He who kicks out one of the front teeth, pays three times 2 <i>solidi</i> .	6 sh = 72 sp
37	Si de angularibus, ter III solidos componat.	If it is one of the eye-teeth, he is fined with three times 3 <i>solidi</i> .	9 sh = 108 sp
38	Si de molaribus, ter IIII solidos.	If it is one of the molars, three times 4 <i>solidi</i> .	12 sh = 144 sp

39	Si quis crinem alteri de capite abstraxerit, ter IIII solidos componat.	If anyone pulls another man's hair from his head, he pays three times 4 <i>solidi</i> .	12 sh = 144 sp
40	Si illum per capillos comprehenderit, similiter ter IIII solidos componat.	If he grabs the other by the hair, he also pays three times 4 <i>solidi</i> .	12 sh = 144 sp
41	Qui alium in aquam impinxerit, ita ut mergatur, ter IIII solidos componat.	He who pushes another into the water, and he submerges, pays three times 4 <i>solidi</i> .	12 sh = 144 sp
42	Qui alium fuste percusserit, ut lividum fiat, ter solidum et semissem componat.	He who kicks another with a cudgel, causing a bruise, pays three times 1 <i>solidus</i> and a <i>semisse</i> .	4 1/2 sh = 54 sp
43	Si tantum sanguinem dimiserit, ter solidum componat.	If he merely loses blood, he pays 3 <i>solidi</i> .	9 sh = 108 sp
44	Si quis alium unguibus crataverit, ut non sanguis sed humor aquosa decurrat, quod <i>cladolg</i> vocant, ter X denarios Frisionicis componat.	If anyone scratches another, causing not blood, but a watery fluid to run from the wound, which is called <i>cladolg</i> [scratch wound], he pays three times 10 Frisian <i>denarii</i> .	10 Frisian pennies = 10 sp  Presumably, the insertion of the word 'ter' (= three times) in this place is an error, due to repetition routine from the previous texts. Frisian pennies were already in silver and did not have to be converted.
45	Si quis alium in tergum aut pectus ita vulneraverit, ut vulnus sanari non possit, sed per fistulas sanies decurrat, ter XII solidos componat.	If anyone injures another at the chest or the back, causing a wound that does not heal, but pus runs from sores, he pays three times 12 <i>solidi</i> .	36 sh = 432 sp
46	Quodcunque membrum percussum ita debilitatum fuerit, ut ibi inutile pendeat, medietate componatur, qua componi debuit, si penitus fuisset abscissum.	If a limb is being hit so hard that it is paralysed, and hangs off unusable, it is fined with half of what would have been paid, had it been chopped off completely.	
47	Si quis oculum excusserit, ter XL solidis componat.	If anyone kicks out an eye, he pays three times 40 <i>solidi</i> .	120 sh = 1.440 sp
48	Si non oculum excusserit, sed pupillos, ter XX solidos componat.	If he does not kick out the eye, but the pupil, he pays three times 20 <i>solidi</i> .	60 sh = 720 sp
49	Si quis alii duo, aut tria, aut eo amplius vulnera uno ictu intulerit, et negare voluerit, quod uno ictu tot vulnera fecisset, liceat ei, qui vulneratus est, sua solius manu sacramentum peragere, quod tot vulnera uno icta ei fuissent illata, et componatur iuxta quod vulneris fuerit magnitudo; unum quodque vulnus secundum suam longitudinem componendum est.	If anyone causes two or three or even more wounds with one single blow, and wants to deny, that one single blow caused all these wounds, then the one who has been injured, is allowed to swear the oath single handed, that so many wounds were inflicted on him with one single blow, and they will be fined according to the size of the wounds; each single wound will be fined according to its size.	
50	Si longum fuerit, quantum summus articulus indicis est, (ter) uno solido componatur.	If it is as long as the upper phalanx of the index finger, it is fined with (three times) 1 <i>solidus</i> .	3 sh = 36 sp  Almost all of the articles 8 through 66 are

			about triple fines. In some articles, the addition 'ter' is missing (numbers 50 through 55, 59, 64, and 65). Presumably, the tripling is applicable here as well.
51	Si quantum duo articuli indicis sunt, (ter) duobus solidis.	If [it is as long as] two phalanxes of the index finger, with (three times) 2 <i>solidi</i> .	6 sh = 72 sp
52	Si quantum duo articuli et tertius dimidius, (ter) tribus solidis.	If [it is as long as] two phalanxes of the index finger and half the third phalanx, with (three times) 3 <i>solidi</i> .	9 sh = 108 sp
53	Si quantum totus index, (ter) IIII solidis.	If [it is as long as] the full index finger, with (three times) 4 <i>solidi</i> .	12 sh = 144 sp
54	Si supra longitudinem indicis spatium, quod inter indicem et pollicem est, fuerit adiectum, (ter) V solidis.	If to the length of the index finger, the distance that is between index finger and thumb, is added, with (three times) 5 <i>solidi</i> .	15 sh = 180 sp
55	Si adiectus fuerit inferior articulus pollicis, (ter) VI solidis.	If the lower phalanx of the thumb is added, with (three times) 6 <i>solidi</i> .	18 sh = 216 sp
56	Si et superior adiciatur, quod vocant smelo, hoc est unius spannae longitudinem habuerit, ter VIII solidis componatur.	If also the upper [phalanx of the thumb] is added, which is called <i>smelo</i> , which has the length of one <i>spanne</i> , it is fined with three times 8 <i>solidi</i> .	24 sh = 288 sp
57	Si quantum inter pollicem et medium extendi potest, longum fuerit, ter XII solidis componatur.	If it is as long, as can be stretched between thumb and middle finger, it is fined with three times 12 <i>solidi</i> .	36 sh = 432 sp
58	Si longius fuerit, iterum ad indicis articulos recurrat et metiatur, et sicut superius, adiciatur et solidorum compositio.	If it is longer, one turns to the phalanxes of the index finger again and measures, and like above it is added to the fine in <i>solidi</i> .	
	<i>Apud occidentales Fresionea inter Flehi et Sincfalum quot unciarum fuerit longitudo vulneris, tot solidorum compositione persolvitur donec ad L et tres solidos perveniat, et unum tremissem. Ibi nobilis homo centum et VI solidis et duobus tremissis simpla compositione solvitur. Similiter inter Wisaram et Laubachi. Similiter manum ac pedem.</i>	<i>Among the western Frisians between Vlie and Zwin, so many ounces as the length of the wound, are paid with just as many solidi, until one comes to 53 solidi and 1 tremisse; after that for a noble man 106 solidi and 2 tremisses are paid as a single fine. Likewise between Weser and Lauwers. Likewise hand and foot.</i>	53 1/3 GS = 160 sh = 1.920 sp 106 2/3 GS = 320 sh = 3.840 sp  The last sentence, about hand and foot, has been misplaced by Herold: it belongs below the following article 59.
	<b>Haec iudicia Saxmundus dictavit</b>	<b>These judgements dictated Saxmund</b>	
59	Oculum (ter) XXV solidis debere componi.	The eye must be fined with (three times) 25 <i>solidi</i> . (Likewise hand and foot).	75 sh = 900 sp
60	Qui testiculos alii excusserit, ter tres solidos et tremissem.	He who kicks out another man's testicles, [is fined] three times 53 <i>solidi</i> and a <i>tremisse</i> .	160 sh = 1.920 sp
61	Si brachium supra cubitum aut coxam	If he pierces the arm below the elbow or the	18 sh = 216 sp

	transpunxerit, ter VI solidos componat.	shinbone, he pays three times 6 <i>solidi</i> .	
62	Si brachium sub cubito aut tibiam transpunxerit, ter III solidos componat.	If he pierces the arm below the elbow or the shinbone, he pays three times 3 <i>solidi</i> .	9 sh = 108 sp
63	Si nasum transpunxerit, ter XII solidos.	If he pierces the nose, three times 12 <i>solidi</i> .	36 sh = 432 sp
64	Si unam parietem transpunxerit, <(ter) VI.	If he pierces a wall, (three times) 6 [ <i>solidi</i> ].	18 sh = 216 sp  Paries or parietes can be a stone wall, but also the wall of a cavity or an organ, such as the abdominal parietes or the parietal bones which form the cranium. It is unclear which 'wall' is meant here. The article probably refers to a 'wall' in the head, since it appears between the articles for nose and jaw. The cranial wall is unlikely, because the fine is rather low. Maybe it is the cheek: the wall of the oral captivity.
65	Si unam maxillam transpunxerit, (ter) VI solidos.	If he pierces a lower jaw, (three times) 6 <i>solidi</i> .	18 sh = 216 sp
66	Qui alium in flumine, vel in qualibet aqua, in profundum impinxerit, ut pedibus terram tangere non possit sed natare debeat, ter XII solidos componat,	He who pushes another into a river or in a water, into the depth, where his feet cannot touch the bottom so that he must swim, pays three times 12 <i>solidi</i> .	36 sh = 432 sp
67	Qui alium in periculo aquae liberaverit, IIII solidorum mercedem accipiat.	He who rescues another who is in danger from the water, receives a reward of 4 <i>solidi</i> .	4 GS = 12 sh = 144 sp
68	Si caballus aut bos aut quodlibet animal homini vulnui intulerit, dominus eius, iuxta qualitatem vulneris in simplo componere iudicetur, et tres partes de ipsa mulcta componantur, quarta portione dimissa.	He who injures a horse or a cow or any other animal that belongs to a man, must pay to the owner a single fine according to the nature of the wound, and three parts of this fine must be paid, while the fourth part will be remitted.	
	<i>Inter Wisaram et Laubachi tota compositio in simplo persolvitur.</i>	<i>Between Weser and Lauwers the full single fine must be paid.</i>	
69	Si homo quislibet telum manu tenet, et ipsum casu quolibet inciderit super alium, extra voluntatem eius qui illud manu tenet, in simplo iuxta qualitatem vulneris componatur.	If a man holds a projectile [arrow or javelin] in his hand, and it injures another by accident, against the will of the one holding it in his hand, he pays singular according to the nature of the wound.	
70	Similiter et puer qui nondum XII annos habet, si cuilibet vulnus intulerit, in simplo componat.	Likewise, a boy less than 12 years of age, if he injures somebody, pays singular.	
71	Haec omnes compositiones liberi hominis sunt.	These are all fines for a freeman.	
72	In nobili homine dimidio maiores.	For a noble man [they are] one half higher.	
73	In lito medietate minores.	For a serf one half lower.	

	<i>Inter Flehi et Sinfalem solidus est duo denarii et dimidius ad novam monetam. Inter Wisaram et Laubaci duo denarii novi solidus est.</i>	<i>Between Vlie and Zwin a solidus is worth two and a half denarii in new money. Between Weser and Lauwers a solidus is worth two new denarii.</i>	2 1/2 tr in new money = 2 1/2 sh = 30 sp 2 tr in new money = 2 sh = 24 sp  Below, after article 78, follows another addition.  It is strange that three new denarii do not always make one solidus. Henstra (1999, p 288) suggests that the multiplication by 2, in East Frisia, is because the kin's share is left out. The multiplication by 2 1/2 in West Frisia can be explained by leaving out the kin's share and adding the peace money (= half the kin's share). Recent research among 13th-century fine amounts in Zeeland and Waterland confirms this hypothesis (Henstra, pers. comm.).
74	Si lingua praecisa fuerit, medio weregildo componatur.	If the tongue is cut off, it is fined with half a wergeld.	
75	Si quis hominem mortuum effodierit, et ibi aliquid tulerit, ut caetera furta componat.	If anyone digs up a dead man and then takes something away, he is fined as for other thefts.	
	<b>VVlemarus dicit</b>	<b>Wlemar says</b>	
76	Si quis liber uxorem alterius contra legem tulerit, reddat eam et facinus ter L tribus solidis et tremisse componat, et pro freda ad partem regis weregildum suum.	If a freeman takes away the wife of another man illegally, he must give her back and he pays the crime with three times 53 <i>solidi</i> and a <i>tremisse</i> , and as peace money to the king his wergeld.	160 sh = 1.920 sp
77	Si quis illicitas nuptias contraxerit, separabitur ab uxore sua, et liceat tam ei quam et uxori legitime nubere.	If anyone makes an illegal marriage, he is separated from his wife, and both he and his wife are allowed to marry legitimately.	
78	Si vero separati fuerint, et iterum ad invicem fuerint reversi, weregildum suum uterque componat.	However, if they are separated, and come back together again, they both pay their wergeld.	
	<i>Inter Laubachi et inter Flehi tres denarii novae monetae solidum faciunt.</i>	<i>Between Lauwers and Vlie three new denarii make one solidus.</i>	3 tr in new money = 3 sh = 36 sp  This remark should be above, after article 73.
	 <b>Haec iudicia VVlemarus dictavit (Lex Thuringorum, Tit. VI)</b>	<b>These judgements dictated Wlemar (Lex Thuringorum, Title VI)</b>	
14	Si contra stomachum vulnus factum claudi non potuerit, XII solidos pro ipsa apertione componat.	If a wound to the stomach can not be closed, 12 <i>solidi</i> are paid for this opening.	12 GS = 36 sh = 432 sp



15	Si ipse stomachus perforatus fuerit, nec vulnus medicamento claudi potuerit, pro vulneris apertione totidem solidos componat, quot pro ipso vulnere composuit.	If the stomach is pierced, and the wound can not be closed by a medication, as many <i>solidi</i> are paid for the wound being open, as would have been paid for this wound itself	
16	Si intestina vel botelli perforati claudi non potuerint, similiter faciant, id est totidem solidis apertionem vulnerum componat, quot pro ipsis vulneribus composuit.	If the pierced entrails or intestines can not be closed, the same must be done, that is that as many <i>solidi</i> are paid for the wound being open, as would have been paid for this wound itself.	
17	Si utraque coxa ferro vel quolibet telo traiecta fuerit, VI solidos componat.	If both hips are being pierced by an iron [sword] or some projectile, it is fined with 6 <i>solidi</i> .	6 GS = 18 sh = 216 sp
18	Si folliculus testicularum cum coxa, IX solidos componat.	If the scrotum with the hips [are being pierced], it is fined with 9 <i>solidi</i> .	9 GS = 27 sh = 324 sp
19	Si utraque coxa cum testiculis fuerint perforata, XV solidos componat.	If both hips with the testicles are being pierced, it is fined with 15 <i>solidi</i> .	15 GS = 45 sh = 540 sp
20	Si quis alium in facie percusserit, ut oculus vel os torqueatur, IIII solidos componat.	If anyone hits another in the face, causing eyes or mouth to be injured, he pays 4 <i>solidi</i> .	4 GS = 12 sch. = 144 sp
21	Si quis alium in brachio vel in crure percusserit, ut ipsa membra decrescant, et ita fuerit subtiliatum, ut duos digitos minuatur, IIII solidos componat.	If anyone hits another on the arm or leg, causing this limb to diminish, and get thinner by two fingers, he pays 4 <i>solidi</i> .	4 GS = 12 sch. = 144 sp
22	Si unum, duos solidos; si digitus dimidius, solidum; si sexta pars digiti est, unum tremissem.	If it diminishes by one finger, 2 <i>solidi</i> ; by half a finger, 1 <i>solidus</i> , by one sixth of a finger, 1 <i>tremisse</i> .	2 GS = 6 sh = 72 sp 1 GS = 3 sh = 36 sp 1 golden tremisse = 1 sh = 12 sp
23	Qui harpatorem, qui cum circulo harpare potest, in manum percusserit, componat illud quarta parte maiore compositione, quam alteri eiusdem conditionis homini. Aurifici similiter.	He who hits a harp player, who can play harp with a circle on the hand, pays a one quarter higher fine, than for another man of the same rank. Likewise for a gold smith.	An alternative translation of 'cum circolo' would be: 'in a circle of people'.
24	Feminae fresum facienti similiter.	Likewise for a woman, who prepares <i>fresum</i> [Frisian woollen fabric].	
<b>Tit. III ▲</b>	<b>De eo qui alteri viam contradixerit</b>	<b>On him, who blocks the road to another</b>	
1	Si liber libero in via manus iniecerit, et contra legem viam contradixerit, aut aliquid tollere voluerit, ter IIII solidos componat, aut si negaverit, solus iuret in manu proximi.	If a freeman stops another freeman on the road and blocks his way illegally or he tries to take away something from him, he pays three times 4 <i>solidi</i> ; or if he denies, he swears on his own or the hand of a relative.	12 sh = 144 sp
<b>Tit. IIII ▲</b>	<b>De eo, qui alterum de caballo iactaverit</b>	<b>On him, who throws another from a horse</b>	
1	Sic ei componat, quasi eum fuste percussisset; dimidium solidum componat.	He will pay him, as if he had hit him with a cudgel; he pays half a <i>solidus</i> .	1/2 GS = 1 1/2 sh = 18 sp
<b>Tit. V ▲</b>	<b>De Muliere occisa</b>	<b>On the killing of a woman</b>	



1	Si quis mulierum occiderit, solvat eam iuxta conditionem suam; similiter sicut et masculum eiusdem conditionis solvere debet.	If anyone kills a married woman, he pays for her according to her status, similar to what he would have to pay for a man of the same status.	
<b>Tit. VI ▲</b>	<b>Saxmundus</b> <b>De Flumine obtruso</b>	<b>Saxmund</b> <b>On obstructing a river</b>	
1	Si quis in flumine viam publicam occluserit, XII solidos componat.	If anyone obstructs a public passage in a river, he pays 12 <i>solidi</i> .	12 GS = 36 sh = 432 sp
<b>Tit. VII ▲</b>	<b>Wllemarus</b> <b>De Rebus fugitivis</b>	<b>Wllemar</b> <b>On escaped creatures</b>	
1	Si servus, aut ancilla, aut equus, aut bos, aut quodlibet animal, fugiens dominum suum, ab alio fuerit receptum, et quaerenti domino negatum, et iterum depublicatum, reddat aut ipsum quod suscepit, aut aliud simile, vel pretium eius, et pro furto weregildum suum ad partem regis componat.	If a slave or a bondswoman or horse or cow or any animal, that has escaped from his owner, is captured by another, and he denies this to the complaining owner, and this comes out, he either returns the creature that he took, or another of the same value, or its value, and pays for the theft his wergeld to the king.	
<b>Tit. VIII ▲</b>	<b>De Pignoribus</b>	<b>On collaterals</b>	
1	Si quis in pignus susceperit aut servum, aut equum, et ille servus aliquod damnum ibi fecerit, ad illum pertineat cuius servus est, non ad illum qui eum in pignus suscepit.	If anyone receives a slave or a horse as a pledge, and that slave causes damage somewhere, that damage belongs to the owner of the slave, not to the one who received the pledge.	
2	Si vero quislibet servum alterius per vim sustulit pignoris nomine, quod <i>pant</i> dicunt, et ille damnum aliquod ibi commiserit, ille qui eum sustulit, pro damni qualitate mulctam cogatur exsolvere.	However, if anyone forcefully takes away a slave as a pledge from another, which is called <i>pant</i> [seizure], and he causes damage somewhere, than the one who took him must pay the compensation according to the damage.	
<b>Tit. IX ▲</b>	<b>De compositione</b>	<b>On fines</b>	
1	Vis aut furtum in duplo componitur, et ad freda weregildum.	Violence or theft is fined twofold and as peace money the wergeld.	
<b>Tit. X ▲</b>	<b>De re praestita</b>	<b>On lending an object</b>	
1	Si homo alii equum suum praestiterit, vel quamlibet aliam pecuniam, talem qualis ei praestita est reddat domino eius; et si forte peioratum reddiderit, componat ei iuxta quantitatem, qua rem eius inpeioravit.	If a man lends his horse to another, or another object, the borrower returns it to its owner as it was lent to him; and if he might return it damaged, he compensates according to the amount of damage.	
2	Quodsi caballus, qui praestitus erat, ipsum qui illum habuit calcibus percussit, aut forte	However, if the horse that was lent, kicks the one who keeps it with its hoofs, or accidentally	

	occidit, nullus eum solvat.	kills him, nobody pays for him.	
	<i>Hoc trans Laubachi.</i>	<i>This is the rule on the other side of the Lauwers.</i>	
<b>Tit. XI</b> ▲	<b>De Honore templorum</b>	<b>On the honour of the temple</b>	
1	Qui fanum effregerit, et ibi aliquid de sacris tulerit, ducitur ad mare, et in sabulo, quod accessus maris operire solte, finduntur aures eius, et castratur, et immolatur Diis quorum templa violavit.	If anyone breaks into a shrine and steals sacred items from there, he shall be taken to the sea, and on the sand, which will be covered by the flood, his ears will be cleft, and he will be castrated and sacrificed to the god, whose temple he dishonoured.	
	<b>Hec hactenus</b>	<b>So far</b>	

**Lex Frisionum  
Start Page**



[Introduction](#)  
[Table of contents](#)  
[Text and translation](#)

[Explanatory notes](#)  
[References](#)  
[Versions](#)



© Dr. Kees C. Nieuwenhuijsen  
kees.nieuwenhuijsen@tip.nl  
home page: www.keesn.nl